

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVI. De clericis concubinariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO CHRISTI 1137.
pula expedire videtur , ipsis viuentibus vel defun-
ctis , per testes vel instrumenta probare contracta
fuisse matrimonia inter eos . Verum quia per cle-
ricos matrimonio seu contubernio intendentes
procurari animarum perditio , negligi salus earum ,
& ecclesiastica diripi sub morbo , qui multum in-
ualuit , asseritur , sic duximus occurendum , vt si re-
pertum fuerit aliquos taliter contraxisse , & ab ec-
clesiis & ecclesiasticis beneficiis , quibus tam eos
quam quolibet vxoratos fore decernimus ipso
iure priuatos , remoueantur omnino : & si quæ bo-
na post huiusmodi matrimonium qualitercum-
que quæsita fuerint , per ipsos vel submissas per-
sonas de bonis eorum , ea nequaquam filiis vel
vxoribus huiusmodi , sed ecclesiis quas tenuer-
unt , vel in quibus habuerunt beneficia , proti-
nus applicentur . Ipsi quoque filii ad ecclesias , &
ecclesiastica beneficia , & ecclesiasticos ordines ,
velut inhabiles , nullatenus admittantur , nisi cum
eis , exigentibus eorum meritis , fuerit canonice dis-
pensum .

XVI.

Licet ad profligandum a laribus ecclesiæ pu-
tridum illud turpitudinis libidinosæ contagium ,
quo decor ecclesiæ grauiter maculatur , studue-
runt semper ecclesiastici correctores , ipsum tamen
tantæ improbitatis existit , vt semper se ingerat im-
pudendum . Nolentes igitur tantam ecclesiæ ignominiam connuentibus præterire oculis incor-
reptam , statuta Romanorum pontificum , & ma-
xime decreta Alexandri papæ super hoc edita , se-

Concil. Tom. 28.

Yy ij

quentes , statuimus & statuendo præcipimus , vt nisi clerici , & maxime in sacris ordinibus constituti , qui in domibus suis vel alienis publice detinent concubinas , eas a se prorsus remoueant infra mensem , ipsas vel alias nullatenus de cetero detenturi , ab officio sint suspensi , ita quod vsquequo super hoc digne satisfecerint , de beneficiis ecclesiasticis se nullatenus intromittant , alioquin ipso iure ipsis eos decreuimus fore priuatos. Volumus quoque & districte præcipimus , vt archiepiscopi & episcopi diligentem faciant super hoc per omnes decanatus fieri inquisitionem , & quod statuimus obseruari.

XVII.

Licet adeo detestati fuerint sancti patres , quod beneficia ecclesiastica iure possint hereditario posse fideri , vt in eis etiam sit interdicta successio sobolis bene natæ , quidam tamen de nefario coitu procreati , pede impudentiæ iuris & honestatis auctoritatem calcantes , in beneficia huiusmodi , quæ patres eorum nullo modo tenuerunt , irrumpere , atque ausu temerario detinere non formidant. Hoc igitur nos , qui ad reuelandum honestatis ecclesiasticæ casum ad partes istas venimus , attentes , statuendo districtius prohibemus , & prohibendo statuimus , vt ecclesiarum prælati aliquos tales in beneficiis huiusmodi , quæ patres eorum quocumque titulo tenuerunt , in totum vel in partem quocumque colore vel fraude instituere , vel vtcumque admittere immediate de cetero non præsumant. Illos vero qui beneficia huiusmodi